mors apellatur quoniam iterius que mortis auctor est et mortis animę
videlicet et eius quando anima separatur a corpore; Et dominabuntur eorum
iusti in matutino; In presenti quidem extolluntur reprobi et affligunt
pauperes ac humiles iustos. et dominantur eis ac affligunt poten
tia sua; Sed in matutino. in die iudicii quando finitis tenebris huius vite
verus sol effulgescet damnatis et umiliatis iusti exaltabuntur
et dominabuntur eorum. i. reproborum. Et auxilium eorum veterescet.
Auxilium reproborum sunt propinqui et amici eorum in quibus confidunt sive et ia[illegible]
thesauri et divicie eorum; que veterescent. i. adnullabuntur ad nihilum
redigentur post mortem eorum. Verumtamen deus redimet animam meam;
Vox Christi est ex persona membrorum. Confidens enim Christus in passione
sua de resurrectione sua dicebat securus. Deus pater inquit redimet
animam meam. i. faciet me tercia die resurgere; Sed et nos veraciter
credere debemus quia cum per carnem morimur anima tamen sal
vamur; Ne timueris cum dives factus fuerit homo; Unumquemque
fidelem alloquitur propheta. cum inquit videris malos prosperari et
bonis presentibus extollentes noli timere quasi eos semper retinere
possint. Et cum multiplicata fuerit. i. aucta pecunia et thesauri
et divicie. Gloria domus eius. i. pompa; Quoniam cum interierit non sumet
[illegible] omnia. i. nihil de bonis que hic possedit secum [illegible] Neque
descendet cum eo gloria eius. Quoniam anima eius in vita ipsius bene
dicetur. i. laudabitur ab adulatoribus suis et bea[illegible]
[illegible] i. laudabit te dum benefeceris [illegible] acceperis; O[illegible]
[illegible]glorificat dum quieti in presenti tantum bona concedis; at si umquam ad
versitas ulla conturbaverit statim blasfemat; Nec dei flagellum
pacienter tolerabat; in quo apparet. quia non propter se sed propter divicias
colebat quas ei dederat; Sicut de uxore iob legimus quia virum ad

VILLE DE LYON
Grande [illegible]

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON